HONORIUS AUGUSTODUNENSIS, UNVOLLSTäNDIG

Entstehungsort unbestimmt, 12. Jh.

Seite 52v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35480
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



nulla dissonantia linguarum. Hoc per quinquagesimum annum designabat. quia iubileus idem plenum iubilatione interpretatur. Huic iudei in letitia ducebant. et ab omni opere uacabant. ad hunc septies septem annorum putabant. et in illis diebus septies septem annorum dies numerant. et per hoc plenum gaudium corporis et animae declarat. qua corpus quatuor elementis. anima tribus uirtutibus constat. quia per remissionem trinitatis perennem exultat. Idcirco hoc tempore genua non flectimus. sed stantes oramus. quia per meritum cum eo in gaudio stabimus.

De Annotina Pascha.

Pascha annotinum dicitur. qui annuum sanctum. Qui nam quia in priori pascha baptizati fuerant. in sequenti anno diem regenerationis suae sollemnizabant.

De Letania.

Letania dicitur rogatio uel supplicatio. Maior autem letania inde dicitur. quod ab apostolico instituta legitur. hec et romanorum dicitur. quia a romanis observatur. Hanc gregorius per pestilentiam instituit. quia per eam populum crudeliter uastauit. Hec apud romanos septeno ordine agitur. In primo clerici. in secundo monachi. in tertio monales. in quarto pueri. in quinto laici. in sexto uidue. in septimo iugare. Hanc ecclesia in annuatim celebrat. ut dis apposito et abanimalibus pestilentiam auertat.

De triduanis ieiunis.

Ribuanas letanias quamuis uiennensis episcopus instituit. per clade quae per eum populum suscepit. Hanc crebro terremotu et tempestate subruebant. et uario bestiarum incursu desolabant. Hoc ieiunium rememorat nobis triduanum minuitur ieiunium. Hoc ecclesia in anni ascensionem domini celebrat. ut sicut dis minuitur a principio mortis libabat. ita nos a clade et a bellis et a hostibus eripiat. fructus terre et aquarum et animalium nobis custodiat. et nos celum conscendere tribuat. Hoc in euangelio notatur. ubi tria scilicet panis. piscis. ouum ponuntur. Per panem fructus terre quia terra uel in herba uel in spica est. per piscem fructus aquarum. per ouum fetus animalium notatur.